Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ad languorum stimulis cruciaris. quod passionib; animę quáteris. quod mentis angustiis torquéris. quod crassante inimpugnatione spũ agitaris. & hoc ipsum propeccato tibi diuina iustitia inrogat. & ipsum proculpa tibi iudicii diuina infertur sententia. Omnis em̃ aduersitas rerum delectorum tuorum meritis excitatur. Tua contra te dimicant arma. sagittis tuis confoderis. telis tuis uulneraris. Per quę em̃ peccasti. per hęc & torqueris. Secutus es carnẽ. flagellaris in carne. Inipsa gemis. inqua peccasti. Inipsa cruciaris. inqua deliquisti. Ipsa tibi est censura supplicii. quę fuit causa peccati. Vnde corruisti aduersa. inde lues tormenta. Discute conscientiam tuam. intende mentẽ tuam. Examina te. loquatur tibi cor tuum. considera meritum tuum. Iustę argueris. iustę flagellaris. iusto iudicio iudicaris. Procella iusta te conterit. iusti tuę pęna te conprimit. Nihil em̃ bonum agis. nihil rectum. nihil equum. nihil iustum. nihil inte sem̃ est. nihil pudoris. nulla memoria dignitatis. nihil dõ dignum. Hic considera si hoc inte habes quod sequitur. Cotidie peccas. cotidie láberis. Cotidie precipis in deterius uadis. Elatio tua non residet. Supbia tua non deponitur. Tumor & iactantia non cohibetur. Rapit te quoq; furor. inflãmatio. clãmor excitat. cómmouet indignatio. Paratus semp ad iram. supra modum irasceris. supra mensuram animi furore moueris. Zelari bonis. inuidere melioribus solitus. alienis uirtutib; semp inuidus. alienis felicitatib; emulus. Cui umquã non detraxisti. cui quę non laceraſti. cuius non abrosisti uitam. cuius non iactasti infamiam & Fallax. inconstans. infidus. auarus. tenax. sterilis. inhumanus. infructuosus. non est inte ulla misericordia. Cecidisti inconcupiscentias seculi. Defluxisti incupiditatib; mundi. flagras interreno amore. cóngeris res peritura. nescis explere cupiditatis tuę sitim. Nouis te cotidie peccatis inuoluis. nouis facinorib; uetera auges. Non diluis scelus. sed dilatas. nec satiatis umquam flamma libidinosę concupiscentię. O te infelicẽ non te pudet. pmultas aspergi libidines. corruptor. luxuriosus. adulter. sim libidine perduras. inflagitio pseueras. sim luxuria pmanes. sim carnali amore consistis. Heu quam diu quousq; errabis homo & Quẽ ad finẽ te effrena